cùm iudicatum aliquid transfers, ſi quid laudes, bonum: ſin autem vituperes, malum: deinde conferas oportet quod abs te dictum ſit, & adinuicem compares ex tuis maxima, ex aduerſarij verò dictis minima enarrando, & hoc modo magnum illud iudicatum oſtendas. Tertius modus eſt, vt ad illud, quod abs te dictum eſt, minimum quid ex iis, quæ ſub eandem ſpeciem cadunt, compares. Sic enim quod abs te dicitur, maius apparebit: veluti mediocri ſtatura homines maiores apparent, cùm ad minores comparantur. Amplificare autem poteris hoc modo: Si magnum ſit hoc bonum iudicatum, magnum appareat malum neceſſe eſt, vbi contrarium huic aliquid narraueris. Eodem verò modo ſi magnum malum exiſtimatur, vbi huic contrarium dixeris, magnum bonum apparebit. Amplificabis autem & hoc pacto vel bona, vel mala, ſi eum gradatim oderis, quòd præmeditatus iam diu fuerit, quòd de induſtria multa gerere aggreſſus ſit, quòd per multum tempus geſſerit, quòd nullus alius priùs hæc aggreſſus ſit, quòd cum iis geſſerit quibus cum nemo alius, quòd poſt hos, poſt quos alius nemo, quòd ſponte, quòd ex ſententia: quod ſi omnes pariter atque hic, fecerimus, profectò benè, beatéque, aut contrà malè miſeréque vixerimus. Oportet autem & conſequenti continuatione vti, & rem alteram, tanquam in alteram properãdo, amplificare, hoc modo: Cuius verò amici curæ ſunt, hunc rectè conſentaneum eſt, ſuos etiam colere parentes: qui autem ſuos parentes colit, hic profectò volet etiam patriæ benefacere. Summatim autem ſi multarum, ſiue bonarum, ſiue malarum rerum eum cauſam oſtenderis, eæ magnæ videantur neceſſe eſt. Conſiderandum eſt etiam, qualis res ipſa videbitur, eam ſuis partibus diuidendo, ſingillatímque narrando, quæque maior viſa fuerit, eam hoc modo explicare conueniet. Amplificando igitur, vbi hoc pacto tractaueris, & plurimas facies, & maximas. Extenuabis autem in dicendo & bona & mala, ſi contrario modo tractaueris, ſicuti in magnis dixeramus, & tum maximè cùm nullius eum rei authorem demonſtraris: vel ſi id minùs, quod minimarum, & paruiſſimarum. Quomodo igitur & laudando, & vituperando amplificabimus, atque extenuabimus quæcunque voluerimus, ſcire ex iis poterimus. Amplificationum autem cauſæ in aliis quoq. ſpeciebus vtiles ſunt: ſed plurima ipſarũ vis in laudationibus,

A κεκριμένον μεταφέρειν, ἂν μὲν ἐπαινῇς, ἀγαθὸν· ἂν δὲ ψέγῃς, κακόν. εἶτα παριστάναι τὸ ὑπὸ σου λεγόμενον, καὶ παραβάλλειν πρὸς ἄλληλα, τοῦ μὲν ὑπὸ σαυτοῦ λεγομένου, τὰ μέγιστα διεξιὼν, τοῦ δὲ ἑτέρου, τὰ ἐλάχιστα, καὶ οὕτω μέγα φανῆναι. τρίτος, πρὸς τὸ ὑπὸ σαυτοῦ λεγόμενον, ἀντιπαραβάλλειν τοὐλάχιστον τῶν ὑπὸ τὴν αὐτὴν ἰδέαν πιπτόντων. φανεῖ-
B ται γὰρ οὕτω τὸ ὑπό σου λεγόμενον μεῖζον, ὥσπερ οἱ μέτριοι τὰ μεγέθη φαίνονται μείζους, ὅταν πρὸς βραχυτέρους παραστῶσιν. ἔσται δὲ καὶ ὧδε πάντως αὔξειν· εἰ κέκριται μέγα ἀγαθὸν τοῦτο, τούτῳ τι ἐναντίον ἐὰν λέγῃς, μέγα κακὸν φανεῖται. ὡσαύτως δὲ εἰ νομίζεται μέγα κακὸν, ἐὰν τούτῳ ἐναντίον λέγῃς, μέγα ἀγαθὸν φανεῖται. ἔστι δὲ καὶ ὧδε
C μεγάλα ποιεῖν τὰ ἀγαθὰ, ἢ τὰ κακὰ, ἐὰν ἀποφαίνῃς αὐτὸν ἐκ διανοίας, συμβιβάζων ὡς ἐκ πολλοῦ προενόησεν, ὡς πολλὰ πράττειν ἐπεβάλλετο, ὡς πολὺν χρόνον ἔπραττεν, ὡς οὐδεὶς ἄλλος πρότερον τούτοις ἐνεχείρησεν, ὡς μετὰ τούτων ἔπραξε μεθ' ὧν οὐδεὶς ἄλλος, ὡς ἐπὶ τούτοις μεθ' οἷς οὐδεὶς ἕτερος, ὡς ἑκὼν, ὡς ἐκ προνοίας, ὡς εἰ πάντες τούτῳ
D ἴσως ποιοῖμεν, εὐδαιμονοῖμεν ἂν, ἢ φαύλως πράττοιμεν. χρὴ δὲ καὶ εἰκάζοντα συμβιβάζειν, καὶ ἐποικοδομοῦντα τὸ ἕτερον ὡς ἐπὶ τὸ ἕτερον, αὔξειν τρόπῳ τοιῷδε· ὅστις δὲ τῶν φίλων κήδεται, τοῦτον εἰκὸς καὶ τοὺς αὐτοῦ γονεῖς τιμᾷν. ὃς δὲ τοὺς γονέας τιμᾷ, οὗτος καὶ τὴν πατρίδα τὴν ἑαυτοῦ εὖ ποιεῖν βουλήσεται. συλλήβδην δὲ, ἐὰν πολλῶν αἴτιον ἀποφαίνῃς, ἐάν τε ἀγαθῶν, ἐάν τε κακῶν, μεγάλα φανεῖ-
E ται. σκοπεῖν δὲ καὶ τὸ πρᾶγμα ὁποῖον φανεῖται, κατὰ μέρη διαιρούμενον, ἢ καθόλου λεγόμενον, καὶ ὁπότερος ἂν μεῖζον ᾖ, τόνδε τὸν τρόπον αὐτὸ λέγειν. τὰς μὲν οὖν αὐξήσεις οὕτω μετιὼν, πλείστας ποιήσεις καὶ μεγίστας. ταπεινώσεις δὲ τοῖς λόγοις, καὶ τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ τὸν ἐναντίον τρόπον μετιὼν, ὡς εἰρήκαμεν ἐπὶ τῶν μεγάλων· καὶ μάλιστα μὲν, ἂν
F μηδενὸς αἴτιον ἐπιδεικνύῃς· εἰ δὲ μὴ, ὡς ἐλαχίστων καὶ σμικροτάτων. ὡς μὲν οὖν ἐγκωμιάζοντες καὶ ψέγοντες, αὐξήσομεν καὶ ταπεινώσομεν ἅπερ ἂν ἐθέλωμεν, ἐκ τούτων ἴσμεν. χρήσιμοι δὲ αἱ τῶν αὐξήσεων ἀφορμαί εἰσι καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις εἴδεσιν· ἀλλ' ἡ πλείστη δύναμις αὐτῶν ἐστὶν ἐν τοῖς ἐγκωμίοις

καὶ ἐν